



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Virtutes quatuor in Canisio eminent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

simplicitate, verissimaq; submissione Christiani viri.

*Virtutes qua-
tuor in Canisio
eminent.*

Et quidem, ne per singula obiens, longum faciam, quatuor inter omnes eminere maximè cōperio Apostolici huius viri virtutes, Humilitatē, & obedientiam, vtramque simplicitate pulcherrima decoratam: tum insigne precandi studium: postremo diuinæ gloriæ, & salutis animorum, religionisque tuendæ, ac propagandæ immensum ardorem. Nihil iterari attinet de repudiatis tanta constantia honoribus, & muneribus amplis. Quæ sine dubio plura ad eum quasi facto agmine conuolassent, nisi planè alienum, & inexpugnabilem animum, qui rerum potiebantur, perspexissent. Aulas quoque quantum defugerit, indicatum est. Illud hoc loco addiderim, cum esset in scribendis literis sanè impiger, tamen sæpè fuisse extimulandum, & tantum non se uero præcepto cogendum, vt ad Cardinales Varmiensē, & Augustanum, & alios responderet, qui cū sanctissimis eius literis vnicè recrearentur, apud Generales Præpositos haud sine querimonia negligentiam accusabant. In Romana etiam Curia expeiebantur literę eius: ille tamen ad neminem ni-

*Prima Humi-
litas.*

si vo-